



Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XIX. De votiuis haustib[us], pro sanitate Regum, Principum,
Dynastarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

Quid quod certissimum vitæ discrimen creent, *Periculum
vita ex
acceleratis
illis hau-
stibus.
Notabile
exemplū.*
disubitanei haustus? Noui quendam ego, qui in hoc
tertandi genere perillustris erat, omnesq; alios, tam
famosos bibones exuperabat. Is quadam vice
accumbens epulis, suæ strenuitatis aliquod speci-
men editurus, vastum efflagitauit poculum, quod v-
no tractu, cùm propinasset vni è consodalibus, po-
tare cepit, epotóq; poculo, mortuus inter assiden-
tium manus illicò corruit, & perditissimam cum vi-
no animam euomuit, perillustri argumento diuinæ
vindictæ.

Quantò satius est igitur, cuiq; liberum facere, vt
tantum bibat, ac toties, quantum lubet, ac quoties
placet. Quam equo tuo das licentiam homini dene-
gabis: Vt equus tuus tractim bibat, ac lentè, ne po-
tus officiat, retracto sèpius capistro efficis. amicum
adhuiusmodi pocula ne inuites, ne damnum quod
ab equo auertis, in hominem adducas.

CAPVT XIX.

*De votiis haustibus pro sanitate Regum, Prin-
cipum, Dynastarum.*

A iam dicto potus abusu, & ille non multum ab-
est, qui quotidiè modò usurpatur inter nostra-
tes; ac tanta quidem libidine, ac luxu, hic mos à
paucis iam annis inualuit, pro sanitate Principum, &
corum, à quibus aliquam inire velis gratiam, bibé-
di. Vr nullo non in conuiio frequentetur. Ortum *Vide ca. 16.*
habet hand dubiè, ab illa gentilium superstitione, *lib. 3.*
qui bibituri, aut Deos inclamabant, aut amicos ab- *Vide ca. 16.*
fentes, quod suprà commemoratum.

Est verò ista bibendi ratio, egregium Dæmonis *sanitate*
inuentum, quo inducit ad potum homines, Principū haustus,
reuerentia, quorum honorem ibi controuerti pu- *que habeat*
tant, fundatore,

tant, ad copiosè bibendum, atque eo ipso, & animz,
corporisq; salutem pariter petit, atq; offendit.

*Adulatio
in hoc bi-
bendiritu.*

Nec adulatio nota caret, præsertim in præ-
sentia Principum si id fiat, ad quorum sanitatem li-
statarii haustus inchoantur, quasi verò Principis sa-
nitatem nō cupiam ego, nisi vino repletos Cyathos
hac intentione euacuem.

*Notanda
& haud
dubiè ve-
ra quorun-
dam cen-
sura.*

Sunt quidam in eam non temerè adducti sen-
tentiam, vt putent, ab eo tempore, quo ritus iste in
Germaniam inuehi cœptus, & vini quoque cari-
tatem maximam simul introductam. Ac tamē
nonnullis annis, abundè, atque optimum prouen-
rit, eam tamen abundantiam, sequentium annorum
infructuosa sterilitate, fuisse quasi absorptā, quo in-
dicio, iusta Dei vindicta in hoc peccatum elucet.

*Votinè bi-
bere pro
sanitate,
piaculum
non exig-
um.*

Quantum verò sit nefas, quantum piaculum, ita
vinum prodigere, ac tamè infami luxu perdere, eog
voto sanitatem Principum tueri velle, vt ego plan-
bus non conimorem, vel exindè constat, quod
istos haustus, veluti sacrificia, Deo libent atque offe-
rant, quasi bibendo Deus placetur, aut delectetur,
atque ad tuendam, pro qua bibitur, Principis sanita-
tem, incitetur. Nam quod seuerè Deus vetuit, cur a-
ternum vñ, in sacris Scripturis non raro intentauit
quo nihil magis ei displaceat, illud ei contra vo-
luntatem, quasi in ludibrium, sacrificii loco of-
fertur.

Absit verò, inquires, vt Deum ridere velim: ha-
mentem nunquam peruersit meam cogitatio. Age
id animo tuo non est statutum, cur huiusmodi po-
tationes, quæ suopte cursu in Dei grauem offendam
incurrunt, non omittis? Cur è tuis non exterminari
conuiuiis? qui causam offendæ, qua Deus quasi con-
temptim habetur, cupit, & ipsam offendam velle
censetur,

Quare S. Ambrosius, nō immeritò hanc normam libendi pro sanitate aliorum, hisce verbis grauiter proscindit. *Quid autem obtestationes potantium lo-* Lib. de He-
cur? Quid memorem sacramenta, quæ violare nefas. ar- lia & ieu-
birantur? Bibamus, inquiunt, pro salute Imperatorum; nio cap. 17:
O qui non biberit, sit voti reus in deuotione. Videtur n.
non amare Imperatorem, qui pro eius salute non biberit.
O pie deuotionis obsequium. Bibamus pro salute exerci-
tum, pro comitum virtute, pro filiorū sanitatem. Et pau-
lō inferius: Et hæc vota ad Deum peruenire credunt: O
suffitiam hominum, qui Ebrietatem sacrificium putant.
Hac ille.

Quid verò te lucri captaturūm putas, cùm pro al-
terius sanitatem bibendo, tuam offendis ac laedis? ne
tantillum quidem. Addo, tām tibi noces quām illi,
cui sanitatem, bibendo, precaris. Annon tuam vale-
tudinem in graue discrimē coniicis? Nimis id quām
certum est. annon Deum irritas? nec hoc inficias Notate,
ibis. Quid ergò illi, pro cuius sanitatem bibis, prome- qui provē-
tebere? vt Deus, ira inflammatuſ, condignam in ftra sani-
peccati tui pœnam, à morbis eum inuadi, ac turbari tate per-
sinat. Hæc enim & similia, peccato debentur, flagel- mittū u&
la. Cuius rei metu, suadendum Principibus vi- bibatur.
ris, ne vſpiam permittant, huiusmodi vinaria vota
pro sanitatem sua fieri, si sibimet consultum ve-
lint, si diu superstites atque incolumes viuere exo-
pent.

Ponamus verò ita esse, si ingentia fint à te pocula
pro sanitatem cuiusdam exinanita, prodeſſe illi, sa-
nitati eius emolumentum afferre, tutari eam, ar-
cendo quæuis mala; tam ne vecors eris ut tām graui
uo detimento, id velis? hoccine tua tibi dictat
ſynderesis? Annon tūtē tibi proximus? præclarum

V 3 est

est fortis atque constantis animi argumentum, pro patria, pro Rege, pro Principe, vitam periculis expōnere, fateor; hoc fortitudinis est opus: at verò tam portentosè pro aliorum sanitate bibere, actus Ebrietatis.

Quare ô Germani, si vos magna importunitate leuatos cupitis, si magna iucunditate, vestra coniuia condire quasi, ex optatis, hosce non sanitatis, sed aduersæ potius valetudinis effectores haustus, exterminate.

CAPVT XX.

De stationibus bibitorii quæ fiunt mensa sublata.

Ser. 232. de Temp.

Illud verò quale est, lamentatur B. Augustinus, quod iam transacto coniuio, expleta sit, cum amplius bibere non possint, nec debeant, tunc quasi nouelli, quod et ipsa hora superuenerint, diuersis nominibus incipiunt bibere; en expressam hic nostratum post Epulas tantid libidinem. Certè, non minima hæc est velania patriæ nostræ, quod contra omnem rationem, cum aliæ nationes, ubi prandia vel cœnas expleuerint, a honesta se exercitia, Musicam, inquam, vel colloquia conferant; ipsa, tūm primum incipiat magis magis perpotare, sicq; Epilogum coniuio, poculis impunere. Atq; ut eò maiori auditate vinum hauriri possit, affatim salitæ quæpiam, aut pipere condite, afferruntur bucellæ, ad excitandam sitim conducentes. Quod à S. Augustino quoq; reprehensum olim,

Ser. 232. de Temp.

Sunt enim, inquit, qui sola illa ex causa aliqua falsa cibaria sibi ordinant fieri, vt per ipsam falsitudinem nimis se possint Ebrietate obruere. Hæc enim si Pagani, qui Deum ignorant, faciunt, nec mirandum est, nec nimis delin-